17. Ioannes Wincke Haffnien. Danus
Cunradus Wesselius Hanoueren.
Iohannes Dominicus de Protsch nobilis Silesius
Ioannes Grötschreiber de Stablowicz nobilis Silesius
Adamus Reibenicz de Raten nobilis Silesius

Summa 311 [309].

Gratis adscripti.

Maio.

3. Martinus Strigelius Ebernstat.
6. Georgius Rüger Noribergen.
22. Georgius Leonhardi Titschinen. Morauus
Simon Sigfridus Bredstaten.
24. Balthasar Gesnerus Leopergen.
26. Benignus Braun Feudstwangen.

Iunio.

14. Bartolemeus Goske Lignicensis
16. Iohannes Widauianus Prutenus
Iohannes Meczner Witebergen.
21. Thobias Stannicz Leobergen.
23. Valentinus Maternus Zotanus Silesi.
27. Martinus Cremnicius Misnen.
30. Laurentius Zastorosky Magnussew. Polon.

Iulio.

1. Iohannes Denck Labacen. Corniolanus
5. Hieronymus Trütiger
11. Sebastianus Reinel Dekendorffen.
12. Christopherus Widauianus Prutenus
14. Michael Ian Zanen.
24. Iohannes Breit Weissenburgen.

Augusto.

10. Iohannes Ianus Lebenwerden.
16. Iohannes Schefer Schwabacensis
19. Vitus Kentzelius Stolpensis
20. Martinus Leopoldus Islebiensis
28. Iohannes Hartung Temarensis

Septembri.

26. Wolffgangus Peurling Nordlingensis

Octobri.

1. Leonhardus Woit von Daben
5. Matthias Hoffman Plauensis
9. Ioachimus Preus von Greuental
11. Hieronymus Baier von Höchstet Sueuus
Martinus Leschius Schulwicensis

Summa omnium 341 [339].

[1567. Mich.]

Anno a nato Christo ex Maria virgine MDLXVII die Lucae evangelistae munus rectoris per hybernum semestre cunctis suffragiis commendatum est viro clarissimo doctrina, prudentia et virtute praestanti d. Iohanni Bosoni, i. u. doctori et professori in academia.

Postrema autumni et media hyemis pars pene ad medium Ianuarium usque et plenilunium eiusdem constitutionem aeris plane vernam habuit, quae tepore sereno pluviis quandoque sed nec largis nec diuturnis intercurrentibus segetes promovit et gramina, ut alte excrescerent et terra revirescere videretur. Diebus natalitiis blandiorem teporem et sereniorem vix meminit quisquam. A plenilunio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ianuarii frigus cepit intendi sed absque flatibus et nivibus. Novilunio Februarii exciti flatus ingentes nives largissimas appulerunt; quibus effusis νηνεμία secuta cum serenitate gelu auxit usque ad plenilunium, quo denuo concitati flatus novam vim nivium profuderunt terra passim alte contecta et profundioribus vallibus prorsus obrutis atque exaequatis. His cum etiam coelum exhaustum esset, consilescentibus ventis gelu obortum duravit ultra novilunium Aprilis, accesserunt flatus orientales frigidi admodum et asperi, qui in Aphricos mutati lenes pluvias adduxerunt; iis lente soluta nix paulatim contabuit ac defluxit. Secuta deinde est serenitas sicca, cui se miscuerunt aquilones non vehementes quidem sed horridi satis noctu praesertim; hi spirarunt, quanquam nonnunquam interquiescentes, subinde tamen repetitis flatibus usque ad Calendas Maias.

Imperatoris Maximiliani legati missi ad tyrannum Turcicum pangendarum induciarum causa cum die XXII Augusti Constantinopolin appulissent, per hyemem ibi commorati inducias in annos octo impetrarunt, quae Viennae tandem per legatum Turcicum Imbraimum Strozzam confectae et iuramento sancitae sunt, cum legatus se earum conditionum, quas imperator recusarat, mitigationem aut abolitionem impetraturum recepisset, inter quas et haec fuit, ut praesidia limitibus imposita et munita castellis aut traderet aut diruneret, novas munitiones nullas extrueret. Fecit inducias idem tyrannus et cum Persarum rege in annos quinque, cuius legatum Schacheuli sultanum die XVII Februarii ingenti cum pompa excipi ad littus maris e regione Chalcedonis et in urbem introduci apparatuque magnifico et splendido tractari a Pyalo bassa amiralio curavit gratiam relaturus hac pompa pro beneficio sublati aemuli in imperio fratris Baiazetis. Cum Venetis priora foedera renovavit solenniter rem agente Marino de Caballis, reipublicae legato, quem revertentem senatus ex suspicionibus quibusdam condemnatum, priusquam domum rediisset, intercipi in itinere et vinctum includi in carcerem iussit. Existimatur autem tyrannus eo facilius his pacem, illis inducias concessisse, quod Babiloniae bassa Arabum auxiliis per defectionem eas provincias, quae confines sunt Persiae, cum omni Armenia deletis foeliciter duobus exercitibus Turcarum occuparat et progrederetur confirmatis viribus regnum conditurus novum. Ad hunc debellandum belli ducem designavit Sinam bassam Damascenum inter purpuratos cooptatum et instructum valido exercitu Asiatico et Europaeo deductis praecipuis omnibus praesidiis ex Ungaria et in Asiam traiectis.

In Belgio et Gallia conspirationes pontificiae, consilia et molitiones apertius sese ostenderunt. Cum enim Albano praesidiis firmanti praecipuas Belgii urbes et, quos vellet, ad exquisita supplicia rapienti res succederet, pontificii in Gallia exemplo ad idem tentandum invitati ruperunt confirmatam ante pacem emendatae religionis sectatoribus decreto interpretatione sophistica abolito, quo libertas permittebatur in religione, quasi ad tempus haec concessa sit et abrogandi illius potestatem rex retinuerit, quando vellet. Iam pervenerant ad regem sex millia Helvetiorum et erat mandatum equitatui, quem rex alit perpetuis stipendiis, ut praesto esset ad XX diem mensis Octobris. Ibi cum proceres emendatae religionis, quos a duce Condenses vocant, certissimis indiciis principis de Roche sur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ion, conestabilis ipsius, qui regem duas discrepantes religiones in regno nunquam tolleraturum esse palam ostenderat, et plurium aliorum cognovissent omnino decretum esse in senatu regis cum ipsis eodem modo agere, quo recens actum fuerat cum Belgis, ac postea Tridentinae synodi decreta promulgare, perculsi re inopinata iudicarunt nullum afflictis rebus suis convenientius remedium esse quam aliquid praeter adversariorum expectationem tentare et celeritate consilia ipsorum antevertere. Correptis igitur repente armis sub finem Septembris conati sunt regem intercludere Meldae, quae est urbs ad Matronam decem milliaribus supra Luteciam. Verum rex cognito eorum adventu media nocte cum Helvetiis inde discessit, cumque sub auroram ei nunciatum esset non procul abesse hostes, recepit se in mediam phalangem Helvetiorum; quam cum non possent hostes perrumpere, cum pauci essent numero et equites haberent defatigatos, rex Luteciam evasit XXVIII Septembris sub horam quartam pomeridianam, cum duodecima noctis equum conscendisset. Insecuti regem fugientem cum equitatu proceres emendatae religionis intra biduum ad urbem circiter quatuor millia equitum contraxerunt et Sandionysium ac reliqua urbi vicina oppidula occuparunt. Ibidem obtulerunt regi libellum supplicem, in quo exposuerunt, quaenam necessitas ipsos ad arma impulerit. Ceptum est igitur denuo de pace tractari. Missi sunt in castra hostium connestabilis, cancellarius et nonnulli alii; Condenses se posituros arma promiserunt, si obtinerent, ut ubique in Gallia sit libera praedicatio evangelii, ut miles externus dimittatur, ut tollantur vectigalia recens instituta, ut removeantur a gubernatione alieni, qui munera publica pecunia mercati sunt, et adhibeantur, quibus ea regni legibus commendantur, et ut ordines regni convocentur ad deliberandum de tota gubernatione; sed cum obsidis loco peteretur frater regis Franciscus, dux Andegavensis, re infecta discessum est. Interea, quantas potuerunt, utrique copias et vires coegerunt. Aureliam pulsis fugatisque pontificiis Condenses occuparunt, Lugdunum amiserunt. Belli sumptus a pontifice missos, qui aestimati sunt 150000 coronatorum, interceperunt Bernates. Regii cum ex urbe Lutecia copias eduxissent quasi dimicaturi, primo impetu fusi sunt, Helvetiorum, qui pertinatius restiterunt, cęsa sunt duo millia et, nisi habuissent tam propinquum in urbem receptum, pauci evasissent. Sub idem tempus ab altera urbis parte Normanni duce Lorgio, qui Henrico regi lethale vulnus inflixit, obtinuerunt suburbia divi Marcelli. Sed aliquanto post inter utrosque, regios et Condenses, iusto prelio decertatum est ad Sandionysium decima die Decembris per horas duas. Cum autem nox superveniens prelium diremisset, utrique victoriam sibi vendicarunt. Condaeus postridie instructa acie usque ad portas urbis Parisiensis accessit, sed Parisienses se continuerunt intra urbem. Occasio prelii haec fuisse memoratur. Distraxerat copias suas in diversa et propterea sese enervarat Condaeus misso Andeloto cum equitibus octingentis et undecim signis peditum ad reprimendas auxiliares copias, quas regi comes Arnbergensis ab Albano e Belgio adduxit, comite vero de Roche Fucault ac equitibus sexentis Aureliam ablegato, ut Vascones, qui ibi appulerant, tuto ad exercitum deduceret. Id cum innotuisset regiis per exploratores in urbe, eruperunt cum exercitu universo Sandionysium recuperaturi. Primam aciem regis duxit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aumalius, postremam Nemorsius, mediam connestabilis. Conatu hoc animadverso opposuerunt suas copias Condaeus ipse et amiralius; deventum est ad praelium, in quo ceciderunt multi praestantes viri utrinque interque hos connestabilis. Post hoc praelium Condaeus Movansium cum parte copiarum proficisci iussit in Galliam Lugdunensem ad colligendum exercitum, quo arceat et summoveat auxilia missa a pontifice ex Italo et Helvetico milite; horum ille ad Matisconem viginti septem signa fudit ac dissipavit. Interea rursus ceptum agi de pace. Conditiones rex has tulit, ut ratae sint ac firmae leges pacis conclusae et promulgatae in urbe Aurelianensi et ut libera religionis exercitia concedantur principibus et nobilibus privatim in suis aedibus extra templa, ut alienae interpretationes omnes, quibus clusae sunt hactenus leges pacis, antiquentur et aboleantur, ut ad eas servandas rex sese et parlamenta regni obliget, ut post acceptam obligationem Condaeus ab armis discedat, occupata restituat et sese ac socios obstringat vicissim ad fidem et obedientiam regi in caeteris praestandam. In his conditionibus cum aliqua desideraret Condaeus et declarationis petendę causa designari locum conventui ac eos, quos missurus esset, fide publica muniri postularet, assensit rex, quod factum est XX Decembris. Convenerunt ergo ex regiis duces Nemursius et Longavillanus, ex Condensibus cardinalis Castilionaeus, comes de Rochofoucault et Buchavannus. Sed hanc tractationem, quae visa est certam pacem paritura esse, everterunt cardinalis Lotharingius et orator regis Hispaniae. Quod ergo frustra teri tempus ad Luteciam et pacem frustra quaeri videret, relicta urbe exercitum admovit urbi Senonum amiralio duce et eius urbis oppugnatione frustra tentata versus Lotharingiam progressus coniunxit se cum equitibus Germanicis, quos adduxit Casimirus Palatinus numero septies mille, qui ad Mosellam accesserant receptis ad se ex itinere Vasconum, Aquitanorum, Burdegalensium et Pictonum auxiliis. Aberat Movansius cum suis copiis, quas ex Delphinatu et Gallia Narbonensi collegerat. Hunc, ut iustum exercitum regiis opponere posset, ad se revocavit. Habuit secum Movansius equites octingentos, pedites decies mille. Pontificii in agro Borbonio transitum interclusuri, quod Elaver fluvius, qui in Ligerim influit prope urbem Niverriensem, transeundus esset, castra locarant non procul ab urbe Molino. Cum itaque equites Movansii primi flumen transiissent, magno impetu eos invaserunt et statim profligaverunt. Sed dum eos persequuntur et paulo longius a fluvii ripa discedunt, Movansius cum parte peditatus traiicit in magno frigore et vado valde profundo expositisque militibus adversarios a persequendo equitatu redeuntes fortiter sustinet. Dum sic pugnatur, reliqua pars peditatus traiicit et sic crescentibus paulatim Movansio viribus adversarii tandem coniiciuntur in fugam interfectis ex illis mille septingentis, inter quos dicuntur cecidisse ducenti nobiles et aliquot equites ordinis regii: Sommetrus, Sanctigenantius, Montereus, Bressaius, Durevus et alii. Pontenantius, unus ex ducibus, qui fuerunt cum Movansio, lethale vulnus accepit. Sub idem tempus Genlius intulit non leve damnum pontificiis ad Noniodunum [!], urbem Picardiae, partim caesis partim dissipatis iis copiis, quibus praefuit Priennius, potitus signis militaribus tribus. Cum esset autem praecipua autoritas cardinalis Lotharingici in exercitu regio, curavit in vincula coniici

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

marescallum de Cossa, fratrem Brisaci, et Carnavaletum, formatorem adolescentiae ducis Andeganensis [!], accusatos, quod, cum regius exercitus Condensem in Lotharingiam sequeretur et pugnandi occasio aliquoties sese obtulisset, a pugna tamen abstinuerint. Iis oppressis summa rerum fuit penes Aumalium, Nemorsum, Guisium et Martignem cardinali addictissimos. Condaeus Germanicis accessionibus auctus exercitum e Lotharingia per Lingones duxit in Burgundiam, ubi copias suas habuit frater regis, qui se recepit Troias, urbem Campaniae. Unde eum frustra Condaeus ad pugnam pellicere conatus est, quod intra urbem, quae amplissima est, receptae essent copiae universae. Propter potentiam tamen cepit in dies pontificiis fieri formidabilior, praesertim cum ex ulterioribus civitatibus provinciae Narbonensis et Aquitaniae permultae sponte ad ipsum deficerent, inter quas fuerunt Roschella, urbs maritima in Pictonibus salinis celebris, et Balaia ad ostium Garumnae non procul a Burdegala, nonnullae etiam coactae deditionem facerent solutis lytris ut Blesia, Ambosia, Sammyrium, urbs Turonensis. Decima tertia Februarii cecidit Ludovicus Gonzaga, dux Nivenensis, frater Mantuani, qui duxit Italicas copias, cesus ab Andeloto et spoliatus multa praeda, quam ex Italia mulis advexerat. In eodem praelio captus est Aeneas Pius de comitum Carpensium familia. Concesserat iam regius exercitus Melodunum, inde Luteciam. Condaeus se Nemursum converterat. Etsi autem Iohannes Wilhelmus, dux Saxoniae, equitatum contraxit regi laboranti subsidio venturus contra Condenses, quod stipendia multos annos a rege acceperat, tamen, cum tumefacta aquis flumina eum remorarentur, serius in Galliam venit. Quod ergo summa rerum difficultate regii premerentur et fortuna consiliis ac ceptis eorum palam adversaretur, vel inviti pacem Condensibus iis, quibus petiverunt, legibus condixerunt, nimirum ne in religionis exercitiis impedirentur, qui mutationem fecerant, ut alieni ac peregrini, praecipue vero cardinalis Lotharingicus excluderentur et institueretur in conventu procerum regni deliberatio de emendanda tota gubernatione. Pax ea XXI die Martii conclusa sed XXIII sequente retractata tandem XXVIII Martii denuo sancita et publicata est iis, quibus ante, conditionibus, quas literis publicis rex confirmavit.

In Belgio Albanus nullum saeviciae genus praetermisit in suspectos de religione. Eum repressuri et vindicaturi comites Nassavienses, fratres Wilhelmi principis Arangiae, Ludovicus et Adolphus cum comite Schaumburgensi coegerunt tumultu[a]rias copias, peditum scilicet signa viginti circiter, equites quingentos in Frisia non procul a Gröninga, quam urbem Hispanico praesidio Albanus firmarat. Rex vero Hispanorum Philippus Carolum filium, summae spei principem, unicum tot regnorum haeredem, XVIII Ianuarii interdiu quiescentem inopinatu [!] superventu oppressit ac primo custodiis positis in conclavi, mox etiam arctiore custodia literis, libris, gladiis remotis cohercuit, tandem inde exemtum in durissimum carcerem inclusit. Causam facti tum alii in religionem, alii [in] contumaciam, alii in consilia de Belgio a tyrannide Albani liberando contulerunt.

Italia multis in locis, Patavii, Veronae et in ipsa urbe Roma inusitatas fluminum exundationes vidit. Pontifex, quod cepit, inquirere in suspectos de reli-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gione, comprachensos morte mulctare et confiscatione bonorum et auxilia regi Gallico cogere omni conatu perrexit.

Mense Octobri et Novembri Danicus exercitus duce Daniele Ransovio per angustias montium cęsis ad fauces praesidiis Sueticis penetravit in Sueciam et duobus exercitibus fœliciter fusis fugatisque sub vernum tempus sese in Daniam recepit.

Sequuntur nomina hoc rectore inscriptorum.

Mense Octobri.

18. Theodoricus Ghuden Luchouianus in ducatu Luneburgensi
20. Michael Albinus Weissenburgensis in agro Norico
Iohannes Mesebius Perlebergensis
22. Hartmannus Zubrodt Peterweilensis
Christophorus Mollens Sangerhusanus
27. Christophorus Gyrssner Vratislauien.
29. Hieremias Manlich Augustanus
31. Adamus Heinstell Vneteranus Stadensis

Novemb.

1. Laurentius Francus Malchouiensis
Carolus Heyde Mutschenensis
2. Stephanus Wigandus Heunfeldensis
4. Adam Schwartz Sultzbachensis
5. Georgius Macer Islebiensis
6. Valentinus Bathe Delthouiensis
8. Michael Vnguari Hungarus
9. Iohannes a Marwitz ex Landsberga Marchiacus
10. Theodorus Iacobi Geuerensis
11. Andereas Steuerman Monasteriensis
Iohannes Buren Griten. et Cliuensis
Walterus Buren Gritensis et Cliuensis
Georgius Radaschinus Bartphensis
Dauid Stöckelius Bartphensis
13. Iohannes Laugysius Glagouiensis
Henricus Schwab Mulhusius Thuringus
Iohannes Omichius Megapolitanus Gustrouiensis
15. Friderichus Bachofen Naumburg.
17. Martinus Heinisch Polislauiensis
Martinus Mylius Görlicensis
Dominicus a Brockendorff Silesius
Balthasar Hermannus Hirsbergensis Silesius
Martinus Fincklerus Coburgensis
Vrbanus Heilscherus Haynensis
20. Melchior Göller Ortrandensis Misnensis
21. Christopherus Benckendorff Crossensis Silesius
Seuerinus Kneus Koldingen. Danus
24. Iohannes Sifridus Putshbacensis
25. Michael Koch Hontspergensis Transylnanus
26. Iohannes Neander Dresdensis

Decemb.

4. Iohannes Mathias Quedlinburgensis
5. Laurentius Stalberg Reppinensis
Zacharias Mehrkatz Reppinensis
6. Stephanus Geritz Lipsensis
13. Otho Westerburg Embden. ex Frisia
Raynaldus Reyners Witeberg.
19. Ambrosius Heynick Pretinensis
21. Georgius Wachtelius Tangermunden.
Nicolaus Bucholtz Brandeburgensis
Petrus Heintz Brandeburgensis
Georgius Thomas Brandeburgensis
Martinus Decius Landspergensis
Iohannes Heemart Tangermunden.
Iohannes Cunradus Tangermundensis
Gabriel Herman Ruppinensis
Iohannes Kreysing Stolbergensis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

24. Christophorus Danick Malchouiensis
Iacobus Frick Aldenburgensis
26. Andreas Koch
Petrus Koch
Vrbanus Koch } Witebergenses
29. Vberwindtzerr Abest Westphalus
30. Iacobus Heckelberger nobilis Austriacus ab Hessenberg
Watherus Sack Liuoniensis

Ianuarii

2. Iohannes Mussman Witebergensis
Iohannes Panike Vuitebergen.
7. Iohannes Lindener Mithweidensis
9. Casparus Kempff in Axin
Paulus Vuinckler Budissinus
10. Georgius Taucher Oschazensis
11. Christianus Iohannes Danus Wipergensis
Iohannes Braun Cibiniensis
Thobias Pomeranus Leopergensis Silesius
Mathaeus Leman Calensis Wandalus
17. Caspar Starck Lipsensis
19. Christopherus a Vuolckenitz Friburgensis
27. Iohannes Klebis Lucanus
31. Andreas Wigenrodt Ascaniensis

Februarii

2. Albinus Mollerus Straupicensis
3. Balthasar Law Ascaniensis
Iohannes Masclap Aequensis
Mathaeus Neithart Ascaniensis
5. Melchior Thuring Sprembergen.
9. Iohannes Engel Ascaniensis
11. Antonius Philippus Whan Budingensis
12. Iohan. Hannus Brodensis
Helias Greyer Bernauiensis } Morani
13. Franciscus Steinike Vuiteberg.
16. Erhardus Scheller Bitterfeldensis
Andreas Heltensis
Franciscus Seler Cibiniensis } Transsyl.
17. Henricus Mains Sangerhusanus
18. Otho Gulerus Sultzbacensis
21. Vincentius Brendelius Vsingensis

Martii

3. Valentinus Schöneman Cizensis
8. Valentinus Götz Tabernaemontanus
12. Nicolaus Germatinus Scharoschinus
Balthasar Thurius
Iohannes Czegledinus } Vngari
13. Petrus Sanderus Cotoniensis
Christianus Thobiae Coronensis Transsyluanus
Andreas Literati Coronen.
Dauid Tortler Coronensis
Micael Cunradus Bartphen.
Leonardus Vntsch Teckensis
Antonius Franck de S. Agneta
Daniel Reipchen Coronen. } Transsyluani
15. Fabianus Sebastianus Rost Leucopetraeus
16. Iohannes Zeckel Ronnebergen.
17. Antonius Eberhart Lubecensis
18. Stanislaus Ripscher Thonaicensis de antiqua villa
Mathaeus Iustus Misnensis
22. Georgius Herolt Reichenbacensis Nariscus
Leonartus Pruck Francofurtianus ad Oderam
23. Caspar Bruno Brandeburgensis
Christopherus Hirsch Bernburgensis
Iacobus Schröder
Dauid Schröder } Brandeburg.
Zacharias Tornaw Werbensis
Philippus Lentzkow Rugewaldensis Pomeranus
Caspar Gertner Quedlinburgen.
Andreas Thorneman Cillingensis
Andreas Mantel Ascaniensis
Christopherus Law
Andreas Madein } Ascanienses

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iohannes Radeloff } Ascanienses
Iohannes Rolof }
Iohannes Basseck Gunterspergen.
Georgius Praetorius Lobauiensis
5 Andreas Kremer Beskouiensis
Iohannes Guntherus Lobauiensis
Paulus Berger Chemnicensis
26. Samuel Tomęus Schlauiensis Pome.
Nicolaus Heydebreche Parnouiensis
10 nobilis Pomeranus
Dauid Berlin Schlauiensis Pomera.
Iohannes Sanitz Arenswaldensis
Cunradus Flieth Witzdoccensis
Daniel Henceman Pritzwaldensis
15 Ioachimus Ruloff Ruppinensis
Sigemundus Marroch Francofurdianus
27. Wolgangus Iustus iunior Francofur.
28. Iohannes Zacharias Bawrenfeindt Heydelsheymensis
20 29. Pancratius Heinricus Niemecensis
Mathaeus Caesius Sangerhusanus
Ionas Kruger Cotbusianus
30. Caspar Gezander Damensis
Phillippus Hylander Damensis
25 Thomas Pathe Pasewalcensis Pome.
Georgius Opitius Dresdensis
Christopherus Kunitius Dresden.
Iacobus Monaw Vratislauiensis
31. Christopherus Curio Lipsensis

30 Aprilis

2. Hieronymus Wellerus domini doctoris Hieronymi filius
Balthasar Hendel Ioachimicus
3. Caspar Saxo vom Lanngenn Saltze
35 4. Theophilus Bufferus Glaucensis
Georgius Bernartus Gilbertus Libenwerdensis
Andreas Theodoricus Brandeburg.
5. Hudelrichus Meyer Neagoraeus in
40 Palatinatu superiori
Catharinus Dulcis Geneuensis
6. Thomas Richers Goslariensis
Iohannes Holthusius Frisius Groningensis
Andreas Reimex Sezensis
Iohannes Koch Goslariensis
Philippus Pondo Ottomuchouiensis 5
8. Andreas Mohr Magdeburgensis
Balthasar Hauch Weidensis
9. Georgius Nimerus Granseuensis Marchiacus
Ehrenfridus Kummer Thanrodensis 10
Iohannes vonn Kurtzenn Wortenn βραχύλογος Weidensis ex Palatinatu superiori
Iohannes Meyer Iutrebocensis
Balthasar Marschack Königshofensis 15
im Krapfeldt Francus
Hieronymus Höflich Königshofensis Francus
Dauid Paulus Iutrebocensis
Georgius Morgenstern Iutrebocen. 20
Nicolaus Muller Iesnicensis
Martinus Lohr Iutrebocensis
Martinus Kuselack Goltsensis
Iohannes Brum Iutrebocensis
Fridericus Rodolphus Goltzensis 25
Fridericus Kuhne Iutrebocensis
Ambrosius Lothe Iutrebocensis
Philippus Kloss } Iutrebocen.
Thomas Riedorff }
Iohannes Lustius Pockelmensis 30
11. Dauid Reich Goltpergensis
Iohannes Geiseler Konigswal.
Samuel Nouiomagus Kolding.
Balthasar Pfeil Fribergensis
12. Iohannes Bier Printzlowiensis 35
Samuel Roth Saganensis
14. Hieronymus Lederer Noribergensis
Stephanus Weimar Ienascensis
17. Vitus Erasmus Tettelbach Onolzbacensis 40
20. Sixtus Halbmeier } Onoltzba.
Mathias Schneider }
21. Nicolaus Wilslebius Cimber Ripensis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nicolaus Rieder Ratisponen.
22. Mauricius Poltz } Beltzenses
Casparus Poltz
Michael Poltz
Adam Poltz
Franciscus Rudolff } Rabensteinenses
Iacobus Rudolff
Vitus Woltherus } Beltzenses
Andreas Krebs
Nicolaus Fuhrman Stolpensis Pomeranus
Dauid Penniger Argentinensis
Vrbanus Schmolin Sonnewalden.
23. Gallus Kirchoff Witebergen.
Henningus Meyer Goslariensis
26. Stanislaus Voleck Plesnensis
27. Augustinus Rappolt Ioachimicus
Georgius Oemichen Zeblicensis
28. Iohannes Mollerus Artelsensis
Iohannes Zimmermann Quedlinburgensis
Heinricus Hary Salinus
Iacobus Bernburgus Schwanebecensis
Nicolaus Erdmannus Northusanus
Georgius Wape Goslariensis
Heinricus Wagman } Goslarien.
Wernerus Vsslarr
29. Andreas Schultze Quedlinburg.
Georgius Forwerck Heringensis
Theodoricus Grauius Spangeberg.
30. Iohannes Wahle Ballensteten.

Summa 224.

Gratis inscripti mense Octobri.

1. Pancratius Brandt de Sancto Vito ex Carinthia
2. Thimoteus Wigandus Thenofel.
3. Iohannes Faber Franckenhusen.
4. Benedictus Fridericus Zanensis
5. Bartholomeus Frass Ienensis
6. Bernhardus Tencher Brunhanensis
7. Georgius More Fuldensis
8. Iohannes Pawer Schlackenwald.
9. Iohannes Trinckauss Heltburgen.
10. Georgius Singelius Kunnensis
11. Iohannes Lausnitz Sibellinensis
12. Martinus Cuno Budissinus
13. Christophorus Hoffman Isnacensis
14. Iohannes Clagius Hertzbergensis
15. Iohannes Wester Berlinensis
16. Conradus Neumeister Saluelden.
17. Iohannes Fridericus Bricensis
18. Dionisius Fredesdarffius } Bricenses
19. Iohannes Fridesdarff.
20. Bernhardus von Drern Friburgen.
21. Henricus Mullerus Tannenrodensis
22. Georgius Flackus Schledensis
23. Martinus Rudinger Rachlicensis
24. Iohannes Selle Edricensis

Summa summarum 248.

[1568. Ost.]

Anno a nato Christo salvatore ex Maria virgine MDLXVIII Cal. Maii senatus academiae commendavit munus rectoris in semestre aestivum clarissimo viro Casparo Peucero, philosophiae et medicinae doctori et professori publico.

Veris constitutio sub finem et aestatis magna ex parte sicca fuit, calida et serena sed flatulenta. Nec defuerunt pluviae tempestivae; quae si fuissent largiores, frugum et vini maior provenisset copia. Vindemia tamen messe fuit uberior

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf